

*Doc. 42 (Scriptum est Iustitiario
Basilicate tam presenti
quam futuris devotis suis...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 42 (Scriptum est Iustitiario
Basilicate tam presenti
quam futuris devotis suis...)*

1307-05-13

Scriptum est iustitiario Basilicate tam presenti quam futuris devotis suis etc.

Ad statum inopem et incommoda gravia hominum Lacuspensilis de iurisdictione vestra, quos et paupertatis et diminutionis ac defectus alterius angustia depremitt, intuitum compassionis habentes, ipsos a contributione et solutione generalis subventionis et doni presenti anno quinte indictionis impositorum per curiam immanes esse volumus et ab illorum prestatone liberos et exemptos, devotioni vestre mandantes ut hominibus ipsis presentem gratiam observantes et facientes inviolabiliter observari contra eos ad exactionem dictorum subventionis et doni auctoritate presentium nullatenus procedatis, nec ipsos molestetis propterea vel turbetis mandato quocumque vobis facto vel faciendo in contrarium non obstante, presentes autem litteras post oportunam inspectionem earum restitui volumus presentanti efficaciter in antea valituras.

Data Venusii per Nicolaum Fricziam de Ravello etc.
anno domini MCCCVII die XIII mai V indictionis.